il' paucos tenet. ut in quodam memoratorio continetur ex littera testimoniali cuiusdam concilii tharn. cuius tenor dicitur esse talis. Notum sit omnibus hominibus in christo pie vivere hic et in futura vita cupientibus res ecclesiasticas iure hereditario deo servientibus pro redemptione animarum traditas et commissas mariae sanctorum catholicorum patrum sancivit auctoritas. quapropter cupiditate ducti inimici dei desiderantes depredari et invadere hoc quod fideles monasteriis deo servantes dederunt sua propria voluntate omnipotentem deum pravis moribus suis exacerbaverunt. qui decimas et honores monasteriorum atque ecclesiarum iniuste sibi ascribunt. Sed nunc pro certo sciat fraternitas christianorum cluniacum monasterium cum omni suo honore proprie deo et beato apostolo petro successoribusque suis iuris apostolicis a primis temporibus sue constructionis esse datum. cum cunctis locis sibi in diversis partibus mundi adiacentibus. et ideo placuit concilio sancto ro. ec. celebrato apud tharn urbem. iubente papa victore me se septembrio presente archiepiscopo ut locus moys. et monasterium cum pertinentiis domnus abbas cluniaco subditus cum omni suo honore quem habet aut habebit auctoritate pontificali. x. viii. firmaret. Sunt autem excepto honore antiquo ista adiacentia mons corbellus rotasiteria. villa nova. villa s. palladii. durvellum. moyrac. mediana. cum cunctis appendiciis supradictorum locorum. et adiutores et benefactores consequantur benedictionem et absolutionem pontificalem. Invasores vero si non emendaverint dignam et divinam patiant ultionem.

Experio quod in predictis conquestis et in multis aliis domnus durandus supradictus erat presens etiam in traditione loci lacbien. ut in quadam carta continetur. cuius tenor dicitur esse talis. Noverint universi christi fideles tam presentis temporis et futuri quod deus dedit abbas ruthenensis cum auctoritate et consensu clericorum iam dicte civitatis et roberti comitis alverniensis. et domni p. berenguarii tunc ruthenensis episcopi et petri abbatis. Item quoque cum voluntate et consensu ricarte et berte comitissarum. B. p. cluniacensis cenobii dedit dono perpetuo abbaciam lacbiensem sitam in episcopatu et comitatu ruthenensi. in manu et dispositione domni hug. predicti cluniacensis cenobii abbatis omnium que successorum eius iure perpetuo in perpetuum possidendam. et pro suo arbitrio ordinandam. scilicet ob absolutionem suorum antecessorum suorum priorum que pro eorum qui perpetue de eius abbatie lacbiensis. mala intentione abbates symoniacha emptione constituendo contraxerunt. Igitur prior excellenti prudentiam agens. B. p. cluniacensis monasterii. ut predictum est in perpetuitate eandem abbaciam in manu

hug. abbatis contradidit. ut eam videlicet dominus monachus prefati domni hug. abbatis. Item quoque abbas moysiacensis cenobii etiam tholose civitatis episcopus ex precepto patris hugonis regulariter gubernaret et ad laudem cultum que divinum paterno regimine et cluniacensis ordinis observantiam domino opitulante provehiret. Facta est autem donatio hec anno incarnationis domini. anno lxii. indictione. xiiii. regnante franc. rege philippo anno. ii. in lemovicensi civitate. presidente prefato patre hug. in conventu capituli beati martialis. secundo idus novembris. et credo semper quod subiecte fuerint abbacie monasterii moysiacensis. quod etiam ista albie fuerit subdita eidem immediate. nam omnia fecerunt intitulare abbacie cluniacensis. Sed abbates monasteriorum quorum diligentia predicta acquisierunt omnia immediata apud se et monasterium moysiacensis. retinebant nomine cluniacensis monasterii. sicut clarius est videri in abbaciis quas possidemus. et in honorabili corporatu tecauiute. et in multis aliis que omnia a principio donabantur domno sanctissimo hug. et sancte congregationi cluniacensis cenobii. nec excludebant moysiacensis monasterium. cum predicti abbates moys. essent monachi eiusdem congregationis quorum industria et sapientie predicta perficiebant. Et abbates moysiacensis. nolebant honorem dare sanctissimo hug. tanquam patri et in virtutibus glorioso. qui ut credo cum debito honore aliorum loquendo quod inter ceteros post beatum benedictum relevavit. et suis operibus sublimavit ingenti diligentia pariter et labore presentialiter religionem nostram sanctissimam tunc pene lapsam. et quasi ad nichilum in diversis partibus redactam. Et predictus sanctissimus hugo fuit inceptor flochorum quibus utimur nos cluniacensis. et predictus sanctissimus omni memoria recolendus et omni laude dignissime est extollendus.

Hunaldus de quo superius diximus per domnum urbanum. ii. papam a monasterio predicto moysiacensi. fuit expulsus. unde scribit guillelmo tholosano comiti per hunc modum.

Urbanus episcopus servus servorum dei guillelmo comiti tholosano salutem et apostolicam benedictionem. super religione et elemosinis quas erga deum et eius famulos diceris exhibere. magno gaudio exultamus. maximas agimus letitias. est autem quod nostram benivolentiam erga te nimius efficit at quod non adeo iustitiam exequi te audivimus. hoc autem ex eo accipit augmentum. quia moysiacensis. et lezatensis cenobii abbates iniuste expelli et in eorum locis iniquos alios subrogari pati illo modo potuisti. notum autem tibi facimus quod reverendum fratrem nostrum ausquinum in moysiacensis abbatem consecravimus. hunaldum autem invasorem

hec ... hugo ... flecos tales de pilo ...